Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 367
Quelle:
Copyright:

Post legem ueterem respira petre. Refulget
Lex noua. fac uersus de nouitate nouos &c.

Initium ipsius N. T.

Claruit herode ius regis agente Sacerdos &c.

Finis:

Dat finem. Petrus finit et ipse suum.

Sed continuo adscriptus est Prologus in *Actus Apost.* qui infit: *Dixi me finisse librum* &c. et censet Disticha 7. Subditur: *Incipiunt Actus Apostolorum Secundum Petrum Rigam Feliciter.*

Tiberii nonodecimo regnantis in a)
Cum seruiret adhuc duro iudea tira)nno

Succedit *fol.* 57. p. 2. *Recapitulatio* illa *utriusque Testamenti*, quam impressam habes in *Polyc. Leyseri Hist. Poetar. med. aevi* p. 703. Nobis vero illico adtextum est ἐπιφωνημα *Aegidii Paris.* 11. Distichor. *His te petre tui* &c. quod *Leyserus* p. 739. refert.

Fol. 64. transit Codex ad V. T. et quidem praemisso in *Salomonis* Libros Prologo, qui incipit:

Interea salemon sapiente peritior omni
Disseruit sensus pignora grata sui &c.

ad *Cantica Cantic.* quorum initium: *Solus origenes cum doctos* &c. Ad calcem: *Expliciunt cantica canticorum Secundum Petrum Rigam Feliciter. Incipit Prologus in libro Job.*

Librum Job moysi quidam attribuere magistri &c.

Sequitur *Daniel* et *Judith*, in quibus expirat *Codex*, cui propterea multae V. T. Partes desunt, ut aliis *Codicibus* supra memoratis. Inde a *Recapitulatione* multi versus in margine curis secundis subpleti sunt. Nec desunt lectiones meliores ea, quam *Leyserus* edidit. Exemplum sit in ipsa *Recapitulatione*, ubi pro *hexametro lege* rectius *hexametra lege*, pro *otia dicturus ludicra nostra putes* rectius *Ludicra dicturus otia nostra notes*, pro *de corpore christi* rectius *de vulnere Christi*, pro *Enos qui nomen* rectius *Enoch*, pro *extat*